



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatvs

Dript, Laurentius a

Paderbornae, 1672

Qvàm nervosè monet severus Cato, quàm facundè suadet aureus Orator

...

urn:nbn:de:hbz:466:1-13441

ad
qui
ia,
m,
ent
ta-
on
lo-
lo-
no-
pa-
S.
res
ti-
o-
lu-
za
oo
io
of.
u-
ci-
m-
m

QVàm nervosè monet severus Cato,
quàm facundè suadet aureus Orator ho-
mil. 44. in Matth. *Si vestimentum empturus,*
unum gyrat negotiatorem & alterum, & ibi
meliore vestes invenerit, ab illo comparat; an
non oportet populum circumire omnes Doctores,
& inquirere, ubi sincerè Christi veritas venun-
datur, & ubi corrupta, meliorem inquirere,
plusquam vestimentum? Quidni ergò ro-
gandus Lector, ut damnata nonnullorum
dogmata nec legat, neq; periculosas aliquo-
rum Novatorum opiniones sequatur; imò
& monendus, ut sedulò evolvat hunc *Anti-*
Decalogum ingeniosè elaboratum, securissi-
meque vulgatum pro fidei augmento, & te-
merariæ doctrinæ decremento: eò vel ma-
ximè, quòd fideles *dilacerentur gravius à*
pravis Doctoribus, quàm à cruentissimis ho-
stibus? ut cum ploratu cordis in *epist ad Au-*
gustin conqueritur *Orisius*. Cum ergò varij
Pontifices præcipiant, quòd *in dubijs, quæ*
salutem animæ respiciunt, ad vitandos graves
remorsus conscientie, pars securior sit tenenda,
ut in *Clement. Exivi. de V.S.* & in *c. ad audien-*
tiam 12 de homicid. sicut & in *c. juvenis 3. de*
sponsalib. Nos infra scripti non tam appro-

bandum censemus hunc *Anti-Decalogum*,
quàm gratificandum *Eruditissimo* ac *Nobi-*
lissimo ejusdem *Authori*; & ab illo peten-
dum, ut ulterioribus scriptis cohibeat cœ-
cos, & impugnet duces cœcorum: ne ingre-
diantur, ac suadeant *viam, quæ* ex opere be-
nè opinantis *videtur homini recta*, Proverb.
16.25. & *novissima illius* ex opere malè ope-
rantis *ducit in interitum*. Colonia in Con-
ventu S. Crucis Ordinis Prædicatorum,
M. DC. LXXI. in festo S. Gregorij Ma-
gni, Maximi laxitatum censoris, ac osoris.

Fr. Casparus von Collen Ord. Præd.
S. T. Doctor, p. t. Prior Conven-
tus Coloniensis, & ad tractum
Rheni ac Moselle Vicarius Pro-
vincialis.

Fr. Henricus Hilden, Ord. Prædic.
S. Theol. Doctor, & in Universi-
tate Coloniensi Publicus, & Or-
dinarius ejusdem Professor: ac
in Conventu Generalis Studij
Regens.

Anti-